



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

I. Decreto de la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares determinando el modo y condiciones con que las Religiosas de votos simples han de postular dentro y fuera de la Diócesis.—II. De la Sagrada Congregación de Ritos *a)* permitiendo cantar en las misas privadas algunas preces en lengua vulgar donde haya esta costumbre; *b)* decreto general acerca del Aniversario de dedicación de la Iglesia; *c)* acerca de las Octavas de las fiestas; *d)* resolución de varias dudas.—III. Decreto de la Sagrada Congregación del Índice prohibiendo varios libros.—IV. De la S. C. de Indulgencias sobre renovación de las estaciones del Santo *Via-Crucis*.—V. Estatutos de la Cofradía del Santísimo Rosario aprobados por el Rvmo. Prelado de la Diócesis.—VI. Crónica Diocesana, Misiones en Miranda del Castañar.—VII. Anuncio importante.

EX SACRA CONGREGATIONE EPISCOPORUM ET REGULARIUM

DECRETUM

Singulari quidem protectione et auxilio dignae semet exhibent mulieres illae, quae in piis religiosisque Institutis Deo se devovent ut in proximorum bonum longe lateque opera misericordiae exerçant nedum directe, sed stipem

etiam iisdem operibus sustentandis quaeritantes, atque egregiam eapropter humilitatis, patientiae, charitatis aliarumque virtutum laudem praeseferentes. Cum tamen hoc colligendarum eleemosynarum ministerium prae muliebri quaeritantium indole ac hodierna humanae societatis conditione periculis haud vacet nisi opportunis cautelis communiatur, Sacra Congregatio Episcoporum et Regularium nonnullis Episcopis petentibus, re diligenter et mature pensata, haec quae sequuntur statuit ac decrevit.

I. In votorum simplicium Institutis opus quaeritandi eleemosynas alumnae non aggrediantur nisi in spiritu fidei, quod stipem non sibi quaerant sed ipsi Christo Jesu, memores verborum eius: *Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis*. Praeterea Ordinarios locorum, etiamsi eorum territoria pertranseant, obsequio, reverentia et devotione prosecuantur tamquam parentes et patronos, quos adeant cum fiducia pro consilio, auxilio ac praesidio in qualibet necessitate.

II. Iisdem votorum simplicium Sororibus non liceat eleemosynas quaerere sive intra diocesim in qua ipsae resident, sive extra, sine licentia Ordinarii loci respectivae residenciae.

III. Stipem quaesiturae extra diocesim respectivae residenciae licentiam obtinere insuper debent ab Ordinario loci in quo eleemosynas quaeritare desiderant.

IV. Nihil tamen impedit, quominus Superiorissae, nulla petita licentia, ad sublevandam domuum vel piorum operum, quibus praesunt, inopiam, posint eleemosynas undequaque sponte oblatas accepto habere, vel etiam per litteras impetrare ab honestis ac benevolis personis quibuscumque, usquedum a legitimo superiore rationabili ex causa non prohibeantur.

V. Ordinarius loci, in quo extat domus Sororum quae.

ritare volentium, licentiam eis non concedat, 1.º si de vera domus vel pii operis necessitate sibi non constet; 2.º si quaeritatio conmode fieri possit per alios ab ipsomet Ordinario designandos. Si autem necessitati occurri valeat per quaeritacionem in loco, in quo Sorores resident, vel intra propriam dioecesim, Ordinarius licentiam eisdem non impertiatur eleemosynas colligendi extra dioecesim.

VI. Utraque licentia tradatur gratis et in scriptis, in qua quilibet Ordinarius leges et condiciones imponere poterit, quas pro locorum, temporum et personarum adiunctis magis opportunas in Domino iudicaverit. Licentia vero Ordinarii pia Sororum domus contineat litteras vel commissorias ad parochos aliasve prudentes personas pro Sororibus quaritantibus intra dioecesim, vel commendatitias ad Ordinarios aliarum dioecesium pro Sororibus extra propriam dioecesim quaeritantibus. In literis commissoriis mandetur parochis aliisve probis personis, ut consiliis et meliori qua possunt opera praesto sint Sororibus, earum agendi rationem invigilent, et si quid in eis minus rectum receiverint, statim ipsi Ordinario referant. In commendatitiis exorentur Ordinarii locorum, ut in sua quisque dioecesi Sorores ad quaeritandum admissas protegat ac adjuvet ac si sibi subditas eas haberet.

VII. Quisque loci Ordinarius Sorores ex aliena dioecesi advenientes ad eleemosynas colligendas non admittat, nisi prius eadem licentiam proprii Ordinarii sibi exhibuerint. Sororibus vero hujusmodi licentiam exhibentibus ipse suam, si lubeat, impertiatur licentiam quaeritandi in propria dioecesi. Ubi autem Sorores, etiamsi utraque licentia praeditae, in eleemosynarum quaestu male se gerant statim in propriam domum eas redire Ordinarius iubeat, opportunisque etiam mediis si opus fuerit compellat.

VIII. Superiorissae, praesertim extra locum ubi domus

habent, numquam ad eleemosynas quaerendas mittant Sorores, nisi binas aetate et animo maturas, intra dioecesim non ultra mensem, extra dioecesim non ultra duos menses et semper ea pecuniae summa instructas qua, inopinato quocumque casu cogente; possint statim domum redire. Sorores quaeritantes semper et ubique ea qua decet, modestia eniteant, virorum familiaritatem et sermones inutilis caveant; clamores, tabernas aliaque loca incongrua evitent; nec in domibus longiorem moram faciant, quam sit necessaria pro expectandis eleemosynis. Singulae nunquam incedant, neque ab invicem separentur, nisi necessitate impellente. Iter facientes, si commode fieri poterit, utantur via ferrea; sed quantum possunt, de nocte neque ab uno loco discedant, neque ad alium perveniant. De suo adventu futuro praemoneant illum, cui datae sunt Episcopi literae; eique cum pervenerint se sistant precesque adhibeant, ut intercedat pro invenienda hospitalitate apud aliquod pium foeminarum Institutum vel saltem apud aliquam honestam mulierem, nunquam vero in domo ubi possint in aliquod periculum offendere. Matutinas ac vespertinas preces non omittant: quotidie de mane aliquam ex vicinioribus ecclesiis petant, ibique Sacro assistant: singulis hebdomadis Poenitentiae et Eucharistiae sacramentis reficiantur. Ante solis ortum et post occasum eleemosynas per loca non quaeritent. Elapso tempore ad quaeritandum eis praefixo, sine ulla mora ad propriam Superiorissam recto tramite remigrent. Eleemosynas nunquam arroganter vel tamquam debitas postulent, sed breviter et humiliter sua et piorum operum exposita inopia, si quid sponte offertur accipiant, secus patienter divinae Providentiae confidant. Alias normas opportunas, quae a propria Superiorissa dari poterunt, adamussim observent.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 27 Martii 1896.

I. CARD. VERGA, *Praef.*

A. CAN. BOCCAFOLGI, *Sub Secr.*

E. S. CONGREGATIONE RITUUM

I

BISARCHIEN

Intra Missam privatam, non vero solemnem, à fidelibus, si mos est cani possunt preces in lingua vernacula

Rector Parochialis Ecclesiae loci vulgo *Ozieri*, intra fines Dioeceseos Bisarchien. in Sardinia, de consensu sui Rmi. Episcopi, a Sacra Rituum Congregatione sequentis Dubii solutionem humillime postulavit, nimirum:

«An in eadem Parochiali Ecclesia a fidelibus intra Missam cani possint juxta antiquum morem, a nonnullis annis interruptum, preces vel hymni lingua vernacula compositi in honorem Sancti vel Mysterii, cujus festum agitur?»

Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, atque exquisito voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit:

Affirmative de consensu Ordinarii quoad Missam privatam: *Negative* quoad Missam solemnem sive cantatam juxta Ordinationis pro Musica Sacra Articulum septimum et octavam; non obstante Decreto die 21 Junii 1879 dato et aliis quibuscumque.

Atque ita servari mandavit.—Die 31 Jan. 1896.—CAJ. Card. ALOISI-MASELLA, *S. R. C. Praef.*—A. TRIPEPI, *Secretarius.*—L. † S.

II

DECRETUM GENERALE
ANNIVERSARII DEDICATIONIS ECCLESIAE

Ad omnes in posterum controversias circa Anniversarium Dedicationis Ecclesiae penitus evellendas, S. R. C. in Comitiis pro nova Collectione authentica Decretorum evulganda, subsignata die ad Vaticanum habitis, statuit ac declaravit: I. Dedicationem Ecclesiae, ejusque proinde Anniversarium, esse festum Domini. II. Hinc Ecclesiae propriae Anniversarium, juxta Rubricas solemnius et primum aliis quibuscumque locorum festis etiam Patroni aut Titularis, esse per se praeferendum tam in occurso quam in concursu; permitti nihilominus, ut Patroni festum, cujuscumque sit personalis dignitatis, ratione feriatiōnis praedicto Anniversario praeferatur. III. Anniversarium vero Dedicationis Ecclesiae non propriae, uti secundarium habendum esse, et si cum aliis quibuscumque festis occurrat vel concurrat, servandas esse Rubricas et Decretum Gen. super primariis et secundariis festis. IV. Ejusdem autem Dedicationis Ecclesiae, sive propriae sive non propriae, Anniversario occurrente vel concurrente cum festis solemnioribus universalis Ecclesiae, haec semper illi praevalere, personali etiam dignitate posthabita, juxta Rubricas. V. Quamvis fixa esse debeat illa dies anniversaria Dedicationis Ecclesiae, quae infra annum a consecratione recurrit; nihilominus Episcopo Ecclesiam consecranti jus inhaerere, juxta Decreta alias edita, aliam diem fixam, vel etiam Dominicam, dummodo in consecrationis actu, seligendi pro illius Anniversario quotannis solemnius celebrando: exceptis duplicibus primae et secundae classis universalis Ecclesiae, nec non quibuscumque Dominicis

privilegiatis, et duplicibus primae classis Ecclesiarum particularium. Atque ita servari mandavit.

Die 4 Februarii 1896.—CAI. Card. ALOISI-MASELLA
S. R. C. Praef.—A. TRIPEPI, *Secretarius.*—L. † S.

III

CIRCA OCTAVAM FESTORUM

Quidam Sacrarum Caeremoniarum Magistri, quibus Kalendaria particularia disponere commissum est, Sacram Rituum Congregationem pro insequentium Dubiorum resolutione humiliter rogarunt; nimirum:

I. An dies infra Octavam Festi primarii vel secundarii cedant semiduplici occurrenti?

II. Utrum dies Octava sequatur rationem sui Festi primarii vel secundarii?

Et Sacra Congregatio, referente subscripto Secretario, et audito voto Commissionis Liturgicae, omnibus rite perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. «Dies infra Octavam quamcumque tanquam secundarios habendos esse, et cedere cuicumque semiduplici occurrenti».

Ad II. «Afirmative, nempe: Diem Octavam esse primariam vel secundariam, prouti Festum, ad quod illa pertinet, primarium vel secundarium est».

Atque ita rescripsit, die 21 Februarii 1896.—CAJ. Card. ALOISI-MASELLA, *S. R. C. Praef.*—ALOISIUS TRIPEPI, *Secretarius.*—L. † S.

IV

PLATIEN.

Varia solvuntur Dubia

Rmus. Dnus. Marianus Palermo, Episcopus Platien.,

a Sacra Rituum Congregatione sequentium Dubiorum solutionem humillime flagitavit; nimirum:

I. An in accessu Episcopi Ordinarii ad Ecclesiam Cathedralē, rei divinae peragenda causa, sive ipse celebraturus sit sive alter, aera turris campanariae pulsari debeant?

II. Utrum in casu teneantur Canonici Episcopum, cappa vel habitu choralī indutum, comitari et deducere?

III. An in expositione privata, quando populus benedicitur cum Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, pyxide clauso, ipsa pyxis cooperienda sit velo humerali?

IV. Utrum, benedicto Coemeterio, censi debeat benedicta etiam Ecclesiu, eidem adnexa, et viceversa?

Sacra porro Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, Dubiis accurate perpensis, respondendum censuit:

Ad I. «Affirmative, ad normam Caeremonialis Episcoporum».

Ad II. «Stetur Caeremoniali et Decretis».

Ad III. «Affirmative, juxta Decretum in una *Meliten.* 23 Februarii 1839».

Ad IV. «Negative ad utrumque».

Atque ita rescripsit. Die 21 Februarii 1896.—CAJ. Card. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Praef.—A. TRIPEPI, Secretarius.—L. † S.

S. E. CONGREGATIONE INDICIS

Decretum

Feria VI, die 17 Aprilis 1896.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Santissimo

Domino Nostro Leone Papa XIII Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptio- ni, expurgationi ac permissioni in universa christiana Repu- blica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apo- stolico Vaticano die 17 Aprilis 1896, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et man- dat quae sequuntur Opera:

Ferri Enrico — *La Scuola Criminale positiva* — Confe- renza. — Napoli, Enrico Deiken Libraio Editore, piazza del Plebiscito, 1885.

— *Sociologia Criminale* — Terza Edizione completamen- te rifatta dei nuovi orizzonti del Diritto e della Procedura penale. — Fratelli Bocca Librai. Torino, via Carlo Alber- to, 3, 1892.

Ferri Enrico — *L' omicidio suicidio* — Responsabilità giuridica. — Quarta Edizione ampliata con nuove aggiun- te polemiche, e due tavole grafiche, Torino. Fratelli Boc- ca Editori, 1895.

— *La Teoria dell' imputabilità e la negacione del libero arbitrio*. Firenze 1878.

— *L' omicidio nell' antropologia criminale* (omicida nato. omicida pazzo) con atlante antropologico-statistico. — To- rino. Fratelli Bocca Editori. 1895. — *Proib. Decr. 6 De- cembr. 1895.*

Los Jesuitas de puertas adentro ó un barrido hacia afuera, en la Compañía de Jesús. — Barcelona. Tipogra- fia de Louis Tasso. 1896.

Culte privé des Mains Divines de Notre Sauveur. — Decr. S. Off. Fer. IV, 6 Febr. 1896. — Quo prohibentur quoque omnia scripta sive typis edita, sive non; in quibus specia- les formulae novae devotionis, etiam sub praetextu quod

sint privatae, erga SS. Manus D. N. I. C. quomodolibet proponantur et propagentur.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Quibus Sanctissimo domino nostro Leoni Papae XIII per me infrascriptum S. I. C. a Secretis, relatis, santitas sua Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.

Datum Romae die 19 Aprilis 1896.

† SERAPHINUS CAR. VANNUTELLI EPISCOPUS TUSCULANUS, PRAEFECTUS.

Fr. MARCOLINUS CICOGNANI. O. P. a Secretis.

Loco † Sigilli.

Die 20 Aprilis 1896. Ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Vincentius Benaglia Mag. Cours.

E. S. CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

DE NOVO CONSENSU EORUM AD QUOS PERTINET IN CASU QUO
STATIONES VIAE CRUCIS RENOVENTUR.

ORD. MIN. S. FRANCISCI

Fr. Raphael ab Aureliano Proc. Gen. Or. Min. huic S. Indulgentiarum Congregationi sequentia humiliter exponit:

Pro legitima Stationum Viae Crucis erectione, S. Sedes

plura sapienter constituit observanda sub poena nullitatis. Nam statuit «quod in erigendis eiusmodi Stationibus, tam Sacerdotis erigentis deputatio ac superioris localis consensus, quam respectivi Ordinarii vel Antistitis et Parochi, necnon Superiorum Ecclesiae, Monasterii, Hospitalis et loci pii, ubi eiusmodi erectio fieri contigerit, deputatio, consensus et licentia in scriptis, et non aliter, expediri, et quandocumque opus fuerit exhiberi debeant, sub poena nullitatis ipsiusmet erectionis, ipso facto incurrendae». Modo Orator petit á S. C. solutionem dubii sequentis:

Utrum in casu quo, ob Crucium vetustatem, vel ob aliam iustam causam renovari debeant Stationes Viae Crucis, in eadem Ecclesia sive Oratorio, in quo rite cum omnibus documentis, ut supra a S. Sede praescriptis, erectae reperiebantur, praefata omnia et singula documenta de novo sive in scriptis postulanda sint; vel sufficiat tantummodo ut novarum stationum benedictio fiat a Sacerdote ad id legitime deputato?

S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, relato dubio respondit die 11 Ianuarii 1896.

Dummodo praesumi possit perseverare consensum eorum ad quos pertinet, «Negative» quoad 1^{am} part., quoad 2^{am} sufficere tantummodo novarum Crucium benedictionem.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. C. die et anno uti supra.

ANDREAS CARD STEINHUBER, Praefectus.

L. † S.

† ALEXANDER ARCHIEP. NICOP. Secretarius.



ESTATUTOS DE LA COFRADÍA DEL SANTÍSIMO ROSARIO

VISTOS Y APROBADOS POR EL RVDMO. PRELADO
PARA LA DIÓCESI DE SALAMANCA

ARTÍCULO 1.º El fin de esta cofradía, cuyos asociados, según el testimonio de los Sumos Pontífices, siempre han acostumbrado ejercitarse en obras de piedad y misericordia, es el continuo adelantamiento en la perfección cristiana mediante la devoción del Santísimo Rosario, según las reglas aprobadas por la Iglesia.

ART. 2.º El Director de esta Cofradía será el Párroco ó Rector de la iglesia, como se ordena en el Diploma de erección de la Cofradía.

ART. 3.º La Cofradía tendrá su altar propio en la iglesia parroquial, y en éste se colocará la imagen del Rosario y el diploma de erección.

ART. 4.º Todos los fieles de uno y otro sexo pueden ser admitidos en esta Cofradía, aun los niños, con tal que sepan rezar de algún modo el Rosario; y sólo deberán ser excluidos los manifiestamente indignos.

ART. 5.º Es necesario que se escriban los nombres y apellidos de los Cofrades en un libro destinado exclusivamente para este objeto. Esta inscripción, valedera para siempre, se hará gratis, debiéndose empero advertir que no están prohibidas las oblaciones voluntarias hechas en favor de la Cofradía.

ART. 6.º Es obligación de los Cofrades rezar semanalmente las tres partes del Rosario, ó el Rosario entero, que consta de quince decenas de Ave Marías, precedidas de un Padre nuestro; en cada una de las cuales se medita un Misterio de nuestra Redención. El Rosario ha de estar bendito por quien tenga autorización para ello.

ART. 7.º Todos los domingos y fiestas de guardar, por la tarde y á la hora conveniente, se rezará públicamente en la iglesia una tercera parte del Rosario, diciendo los Misterios propios del día ó de la festividad.

ART. 8.º El primer domingo de cada mes habrá comunión general y en ella tomarán parte todos los Cofrades. Antes de la Misa mayor ó bien por la tarde, si el Párroco

lo juzgare más oportuno, saldrá en procesión la imagen de la Virgen por los alrededores de la iglesia, cantando durante el trayecto la Letanía Lauretana.

ART. 9.º La fiesta principal de la Cofradía, que es el primer domingo de Octubre, se celebrará con el mayor esplendor que sea posible: habrá Comunion general, y si las circunstancias lo permiten, también misa solemne con sermón, y procesión en la tarde por las calles.

ART. 10. Vispera de esta festividad se procurará que haya un acto fúnebre, con asistencia de algunos señores Sacerdotes, en sufragio de las almas de los Cofrades que hubieren fallecido el año anterior. Con este motivo dispondrán los Cofrades de más Confesores y podrán prepararse para ganar el jubileo del siguiente día. Los gastos que este acto fúnebre y la fiesta mencionada en el artículo anterior ocasionaren, se sufragarán, caso de no haber Mayordomo voluntario, con las limosnas recogidas al efecto durante el año.

ART. 11. La insignia de la Cofradía será el estandarte con la imagen del Rosario en el centro. Esta insignia se llevará públicamente en todas las procesiones propias de la Hermandad.

ART. 12 Y ÚLTIMO. Pórtense los Hermanos como buenos hijos de María, sean celosos de su gloria, ámense los unos á los otros, reprueben cuanto la Iglesia reprueba, especialmente la profanación del nombre de Dios, como es la blasfemia, y la del día del Señor, como es trabajar sin necesidad en las fiestas, pues tales profanadores serían indignos cofrades del Rosario, que deberían excluirse. Esperen confiadamente en la misericordia de Dios y protección de la Virgen, que mediante su devoción al Santo Rosario vivirán cristianamente y merecerán una corona especial en el cielo.

Bien conocidos de todos son los esfuerzos hechos por el actual Pontífice Leon XIII, para extender por todo el orbe católico la devoción del Santísimo Rosario.

Firmemente persuadido de que éste es uno de los medios más poderosos para conservar viva la fe y puras las costumbres de los pueblos, todos los años la recomienda con nuevas energías.

Así, que el Excmo. Prelado vería con sumo agrado que los Sres. Curas párrocos y encargados de las parroquias, establecieran en las iglesias, en que todavía no se hubiera fundado, la Cofradía del Santísimo Rosario y Rosario Perpétuo, y encarecidamente les exhorta á que se pongan con sus feligreses bajo el amparo y protección de la Santísima Virgen.

CRÓNICA DIOCESANA

Misiones en Miranda del Castañar.—Importantes y copiosísimas en frutos espirituales han sido las que tuvieron lugar en esta villa, dadas en la última quincena del próximo pasado por los Rdos. PP. Zacarias, Vadillo y Lla-rena, Religiosos Redentoristas.

A las once de la noche del día 13 llegaron á Miranda los celosos misioneros, y á pesar de lo intempestivo de la hora, el recibimiento no pudo ser más entusiasta. Las autoridades todas, en unión de los habitantes del pueblo, salieron á esperarles á la ermita del Humilladero, y desde allí se dirigieron á la iglesia parroquial, organizándose una brillante procesión, en la que todos llevaban hachas encendidas, entonando piadosos cánticos. No bien entraron en el santo templo, subió al púlpito el Rdo. P. Zacarias, y con cariñosas frases, en las que se traslucía la emoción que embargaba su alma, dióles expresivas gracias por el afectuoso recibimiento de que él y sus compañeros acababan de ser objeto, anunciando para las ocho del día siguiente el comienzo de las Santas Misiones.

Con motivo de la pertinaz sequía que se venía sufriendo, deseaba el pueblo hacer una novena á la Virgen de la Cuesta, para obtener del cielo el beneficio de la lluvia; así que, aprovechando aquella buena conjuntura el día 14, á las siete de la mañana, se celebró una magnífica procesión, á la que asistió todo el pueblo, trasladando la sagrada imagen de la Virgen, de la ermita donde se encontraba, á la iglesia parroquial. Después de la misa solemne volvió á predicar el P. Zacarias, y quedaron tan prendados

de su ardoroso celo y de sus buenas cualidades oratorias, que era para alabar á Dios ver la asiduidad con que todos acudían á oír la divina palabra y la religiosidad con que acudían á los ejercicios de las Misiones en los quince días que éstas duraron.

El día 26 fué bendecida la hermosa cruz que, como recuerdo de las Santas Misiones, había de quedar en el pueblo, teniendo lugar con este objeto una solemnísima procesión, en la que los Padres llevaban sobre sus hombros la cruz, que con suma reverencia fué besada y venerada por todos, una vez terminada aquélla.

Los perezosos que todavía no habían cumplido con el precepto pascual, lo hicieron aquellos días, volviendo á confesar y comulgar casi todos los que ya anteriormente lo habían practicado.

Como fruto especialísimo obtenido en las misiones, tenemos verdadera satisfacción en consignar las injurias perdonadas, las restituciones llevadas á cabo y los escándalos que se han reparado, celebrándose varios matrimonios entre algunos infelices que vivían amancebados.

Esto demuestra que las lágrimas y suspiros que los Rdos. Padres Redentoristas arrancaban de sus oyentes, no han sido manifestaciones vanas de dolor y arrepentimiento, sino expansiones del corazón herido que eficazmente proponía la mudanza de sus costumbres.

No sólo de Miranda, sino que también de los pueblos inmediatos, han sido muchísimos los que se han aprovechado de las abundantes gracias derramadas sobre aquel campo de bendición y miés copiosa.

Tanto las autoridades como los Sres. Maestros, Teresianas y personas respetables de la localidad, han sido los primeros en edificar con su buen ejemplo y animar con su excelente comportamiento á que todos acudieran á las Misiones y sacaran grande fruto de ellas.

El día 29 en la misma ermita del Humilladero donde fueron tan afectuosamente recibidos los evangelizadores de la paz, fueron también despedidos, notándose en los semblantes cierta nube de tristeza, que contrastaba admirablemente con la alegría que resplandecía en todos los rostros el día de su llegada.

Desde allí acompañaron á los Misioneros hasta Fuentes de Béjar, donde tomaron el tren, unas ochenta personas que formaban una brillante cabalgata.

¡Dios nuestro Señor recompense con la largueza que le es propia, á los infatigables apóstoles que tanto trabajan por la salvación de las almas y conserve por mucho tiempo en los habitantes de Miranda del Castañar, las buenas disposiciones y santos propósitos de que se hallan ahora animados!

ANUNCIO

COLEGIO UNIVERSITARIO DE JESÚS SACRAMENTADO

BAJO LA DIRECCIÓN DE

DON EUSEBIO TEJEDOR

Presbítero, Canónigo y Licenciado en Derecho Civil y Canónico

Madrid, calle de San Bernardo, 83

Digna del mayor encomio es la obra llevada á cabo por el M. I. Canónigo de la Catedral de Teruel, D. Eusebio Tejedor, abriendo en Madrid un nuevo Colegio para jóvenes estudiantes de Facultad en la Universidad Central.

El fin que se ha propuesto tan celoso sacerdote no es otro que proporcionar á los padres de familia una Casa-Pensión, á la cual con toda confianza puedan encomendar sus hijos, seguros de que allí serán cuidadosamente vigilados, estimulados constantemente al estudio, inculcándoles á la vez el cumplimiento de los deberes cristianos y preservándolos de este modo de los muchos peligros con que tropieza á cada paso la juventud inexperta.

La necesidad, reconocida por todos, de este linaje de establecimientos, principalmente en las ciudades populosas, las altas miras del virtuoso Canónigo, que por sí mismo ejerce el cargo de Director, y los frutos recogidos en el año que lleva de existencia, nos mueven á recomendar con toda eficacia dicha Obra, felicitando por ello al fundador y deseándole la prosperidad que merecen tan desinteresados y beneficiosos propósitos.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, a cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 17